

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Postrema Iudeorum sub Adriano obsidio. Cap. VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

EVSEBII HISTORIAE

Postrema Iudeorum sub Adriano obsidio.

C AP. VI.

Porro cum Iudeorū defectio lōgius indies serperet, fusus praefectus Iudeæ, auxiliaribus copiis ab imperatore sibi ad eam re missis, illorū amētiam, tanquā causam oblaram ad exitium arripiēs, acerbe & crudeliter eos ex agitat: virorum ac mulierum vna cum liberis infinita propè millia confertim concidit: belli iure agros ilorum populo Rom. adiudicat. Quo quidem tempore Iudeorum dux erat Barchochebas (quod quidem nomen, si lubet interpretari astrum significat) vir quanquam reliqua vita ratione cruentus ac prædo nefarius, ipsa tamē appellatione, tanquam sydus aliquod ē cælo dela psum, se illis, qui velut homines ex mancipiorū numero, graui seruitutis iugo oppressi, atque miserijs ærumnolis afflitti erant, affectiq; erant, lucē ac spem salutis allaturū falso cōmentus est. Iam verò cum, decimo octauo anno imperij Adriani, bellum iuxta urbem Beththera nuncupatam (quæ erat omnium rerum præsidiis munitissima, neque adeo longè à civitate Hierosolymorum sita) vehementius accenderetur, cumq; extra urbis mœrialonginquiore temporis spatio cōtinuaretur obsidio, & rerum nouandarum authores, fame ac siti essent ad extremam propè perniciem detrusi, & caput illius temeritatis debitas pœnas persoluisset, Arisopellæus narrat, vniuersitate genti ex illo tempore prorsus interdictum, ne pedem in agrum Hierosolymitanum aliquando inferrent: & legis decreto, institutisq; Adriani vetitum, (ille planè sic in mandatis dederat) ne vel ex edito loco paternum solum oculis aliquando aspicerent. Hierusalem ergo cū ita esset Iudeorū gente orbata, & veteribus incolis prorsus destituta, genereq; frequentata exterorum hominū, deinceps cui esset à Romanis occupata, nomen cōmutauit, & ad honorem Aelij Adriani imperatoris, qui eam deuicisset, illustrandum, Aelia appellata est. Porro autē simulac ecclesia, quæ ibidem fuit, ex gentibus coalesceret, primus post episcopos, qui erant ex circuncisione, Marcus administrationem gregis Hierosolymitani capessit.

Quinam